

<sup>1625</sup>  
ASSVMPTÆ VIRGINI  
TRIVMPHANTI      <sup>33/19</sup>  
DE  
MORTE TEMPORE  
ET DÆMON E  
APPLAVDEBANT  
CLER. METR. BONON.



Bononiæ Typis Hæredis Victorij Benatij 1645.  
*Superiorum permisso.*

ASSUMPTÆ VIRGINI

TRIUMPHANTI

DE

MORTE TEMPORE

ET DEMONI

APPALADEBANT

CLER. METR. BONON.



Bononiæ. Libri Hereditatis Actuorum Petri ad 1542.

Subsidium Assumptæ.



Eminentissimo, & Reuerendiss.

D. CARDINALI  
NICOLAO LVDOVISIO  
BONONIÆ ARCHIEPISCOPO  
ET PRINCIPI.



AE forsan exules è montis Parnassi  
vertice lucubrations tanquam  
ad tutissimum securitatis Asy-  
lum ad te, Eminentissime Prin-  
ceps, confugiunt. Laborem feli-  
citer elaboratum si tuo tutelari  
nomine non dignaberis, triumphum satis triun-  
phantem si benignitatis oculo conspicaberis, opus  
non frustra operatum si serena vultus hilaritate  
Et leges, Et fouebis. Et sane non aliò nobis con-  
fugiendum erat, quam ad Eminentissima illa me-  
rita, quorum limes pietas est, qua in Sanctissimam  
Virginem præcipua elucescit. Hinc non immerito  
hoc Maria Assumptæ trophaum, qualecunque sit  
si excipies, in eam immunitatem te vindicaturum  
intelligimus, ad quam nisi aspiramus, speramus  
tamen. Vale.

MA

A 2

PRO-



# PROLOQVIVM.

**A**sumptam celebrat iuuenilis musa Mariam,  
Dum Celi Dominam turba superna canit.  
Vox diuersa sonat, Superi sublimia reddunt,  
Immensam hic laudem debile carmen habet.  
Dulcior axe sonus, pacem fert auribus Echo;  
Exiguam laudem nostra camena dabit,  
Quæ licet Ethereo nequaquam digna triumpho  
Immensum fatur Virginis esse decus.

## INTERLOCVTORES.

*Angelus.*

*Mors.*

*Tempus.*

*Dæmon.*

*Echo.*

*Chorus Angelorum.*

PRO

A

AN-

## ANGELVS.

*Solinerbium primum.*



Rolem syderei Numinis induit  
Pondus Corporeum; prominet Alitis  
Alæ remigium duplicitis, hinc celer  
Missus iussa fero, & feror.

Custos Virgineæ Matris ad Ethera

Artus non fragiles imperor ergere;  
Mortis sic domitrix tartara conteret,  
Mirum? Virgo Puerpera.

Percussum rugiat Dæmonis horridum

Regnum, Temporeus condoleat dies;

Vinci sene tuis legibus, & tua,

Aeum, sorte trahi suo

Quæ iussu iacuit? Munera temporis

Mors est; funereo condita marmore

Quando vita iacet, cedit, & illius

Regnis gloria iungitur.

Aeternum teneat celica sydera,

Mortales regit hic labile temporis.

Prærupti spatium; sic voluit Deus

Virtute omnia diuidens.

In-

Incassum querulis fletibus euomat  
Iram tempus edax, decidet obruta  
Hostilis rabies, sydera proterent  
    Matri Virginei pedes.

Expectant hilares visere spiritus  
    In mari Reginam, superè carmina concinunt,  
    Dulcior Voces dulcisonas vndique gestiunt,  
    Et læti repetunt Chori.

Seccedam, & tenebræ nescia funera  
    Visam, queis roseo corpore spiritus  
    Vitales refluunt, vultus & additis  
    Vitam spirat odoribus.

At qui turbat iter mortis imaginem  
    Spectare hic videor; specto, sed errat  
    Quicunque è roseo demere corpore  
    Quærit purpureum decus.

Expectare iuvat quæ noua perferat  
    Confusum tenebris corpus, & ossibus  
    Sustentans animam, debile promeat  
    Faloem triste fetens manu;

Lentè progreditur, surgit, & occidit,  
    Festinat, trahitur, labitur, ergitur,  
    Viuit, vix agitur spiritus, irruit,  
    Corpus sustinet in pedes.

Inui-

Inuisam speciem reddere lumini,  
    Vultus Angelicos clam dare iuuerit;  
    Non illi æthereus cognitus alloquar,  
    Sic mors victa recesserit.  
*Mors. Angelus.*  
*Solinerbium Secundum.*

*Mors.* **V**Ires funerei Numinis heu ponite po-  
nите  
Sceptrum; Serta caput, que teneo, cingere desinat;  
Concedo Imperio; nec refecem stamina falcibus  
Posthac; Nestorem neu senium perdere quæritē,  
Viuat vita diu; non superum iussa capescere  
Exoptem; an ne odiū perpetiar, num male cedibus  
Visa, hæc si refero? pessima lex talia quæ iubet.

Matri Virgineæ iussa dedi linquere carcerem  
Mundi, Sydereos quæ meruit scandere tramites,  
Et Regina coli; debuit ah debuit ergone  
Et corpus subita sorte trahi? turbida lex eris  
Quæ nostrū Imperium non paribus ducere legibꝫ  
Permittes; at erunt falce mea qui aufugiant? erit  
Imbellis mulier, quæ omnipotens me terat? haud  
feram.

Fas-

San-

Sanctorum integritas, Martyrium, Virginitas decus  
In me quid potuit quin premeret? dicite ab Eethere  
Vos o Cælicolæ, queis tribui sola decus Poli.  
Astrorum Dominum perpetier quin & oportuit  
Mortem; sic potuit vita mori, sic voluit; meo  
Procumbensq. sinu perpetuis me auxit honoribus,  
Omnis quo populus lege cadens cedat, & occidat.  
Hæc sancta Deus contribuit; vana nec addidit,  
Sed cedenda meis Imperijs; cedite, cedite  
Mortales; Domitrix lege volo, falce peto, & tero.  
At quid velle fero? nec potui vincere Virginem;  
Quin deuicta premor Virginis viribus, & cadens  
Cogor supplicibus subdere me vocibus; ergo age.  
Vita quisquis ades morte procul; non aderunt ferè  
Per me signa necis; morte procul viuite viuite.

*Diuersium Primum.*


*Ang.* **A**IS benè ultrà nam Imperium  
Haud tibi contrahendum est;  
Mortua Virgo fregit  
Vires quando tuas, cedere fas erit  
Tibi, cedas Virginæ  
Virtutis, nec æterni  
Tonantis legem fuge, sed reposito.

Eam

Eam Deus Cælo vocat,  
Ut veniat requirunt  
Cælicolæ; file ergo.  
Quæ fœcunda fuit Virgo cur attrahas?  
Tuas in leges? reprimas  
Ut corpus, quod in Cœlis  
Adorent Sancti, venerentur Angeli?  
Cadunt tuis num legibus  
Terrigenæ? fatentur  
Subdita Regna gentes?  
Legem hanc Virgo scidit mortis, & abstulit  
Sibi, dum fœcunda dedit  
Ex alio Poli, & terræ  
Satorem; Hinc plaudas meritis, nec abstrahas.  
Deumne, vitam si dedit  
Subijcas cadauer  
Conditione Mortis?  
Dotes Angelicas quæ meritis suis  
Supergressa est non meruit  
Labine tuo iure?  
Scelus nec traxit minimum; ergo cur cadat?  
Scelus dedit mortem; hinc Deo  
Supplicium rependunt  
Funereo tributo

B

Mor-

Mortales, potuit Deipara gratiam  
Maria inuenire tuo  
Non cedenda iuri, sed  
Triumphans mortis celebranda palmulis,  
*Mors.* Ecce iam cedens meritis pudicæ  
Matri accumbo cumulans triumphum  
Memet; assurgat super Astra viuens  
    *Virgo Parenſque.*  
Vixta concedunt, pudibunda ſiſtunt  
Iura, dum mortis ſuperata lex eſt,  
Dum ſupergreſſam decus omne Cœli,  
    *Aſtra fatentur.*  
Aſtra quoſ vastum decorant Olympum,  
Tot tibi Virgo ſpeciosa dotes,  
Atque per luſtres totidem decore  
    *Laudis honores.*  
*Ang.* O dudum vixta redolentia carmina Mortis;  
Virginis oſlaudēs.  
Sed cede, & mēcum Angelicas iamiam excipe  
    *voces*  
Aure, ſonumque audi.  
  
CHO-

Ela. Ter  
CHORVS ANGELORVM.  
Canticum Primum.

Cœleſtes, o Cœleſtes,  
Qui Virginī fauetis,  
Qui fœcundam stupetis  
Artibus ferte vefteſ  
Nectareo libamine conſpersas,  
Aeternum viuere ferentes,  
Mortis conditionem excedentes  
Canite, ohe canite;  
Laus detur virtutibus,  
Mariæ ſplendoribus  
Plaudite, ohe plaudite.  
Vtero hæc clausit nutu Cœlum  
Qui regit, qui nobis Imperium  
Partitur, & terræ dominium.  
Illuc, illuc trahite,  
Vbi eſt tranquillitas,  
Veraque fœlicitas,  
Super Cœlum tollite.  
Vocat Deus ad Aſtra Matrem,  
Illi primum dat accubitum  
Natæ, Matri, Sponsæ debitum.

*Tempus. Echo.*

*Soluerbium Tertium.*

*Tem.* **Q**VI intonuit rumor? quæ vox penetra-  
uit ad aures  
Temporeis inimica diebus?  
Omnia fœlici perdebat numine serpens,  
Oreque pacifico reuocatam  
Mordebat caudam; subitus cum proruit horror  
Imperij domibus tenebrosis.  
Turbida contremuit cæcati Regia montis,  
Lapsum & est capiti diadeima;  
Nec potis ut superem, vires nam Temporis haustæ  
Iam prius indomitæ ceciderunt.  
Quis tamen arripuit? Mortalis?  
*Echo.* Talis;  
*Tem.* Homoque  
Præmia tanta feret?  
*Echo.* Feret;  
*Tem.* Ecquis  
Tam poterit, vel quæ committet bellica castra?  
*Echo.* Astra.  
*Tem.* Meum Imperium polus ergo  
Contereat?

*Echo.*

*Echo.* Tereat.  
*Tem.* Nimium ò pessundata legis  
Præmia temporeæ; nimiumne  
Decertata odijs celi lex Temporis exlex?  
Omnia sic recidunt superata?  
Sic decreta meo concedunt quæque labori?  
Tempus ego Aethereis superandum  
Nixibus? ast age quisquis ades, dic, regna refringet  
Quis tenebrosa?  
*Echo.* Rosa.  
*Tem.* Et rosa nostrum  
Imperium tundet?  
*Echo.* Tundet.  
*Tem.* Risum excitat Echo.  
Quæ poterit rosa Regna superbè  
Rimari?  
*Echo.* Mari.  
*Tem.* Hæcne Maria est?  
*Echo.* Est.  
*Tem.* Date, vincor,  
Cælicolæ veniam residenti.  
Tuque Parens, & Sponsa Dei, tu filia Patris,  
Sæcula quæ numeras, & ab omni  
Ævo nata tuum iam formidabile nomen

*Red-*

Reddideras; patrioque recumbens.  
Ipsa sinu Sponso sigebas oscula mille,  
Parce, tuo Imperio cedisse  
Dulce mihi; soli detur tibi gloria p̄ḡmam  
Temporis indomiti rectilisse  
Iam cedo; & factum primum tuum p̄dā cauerhas  
Carceris inde perio tenebroſt.  
Tembus ergo Aōo  
Nixibusq; nigris dñepliis q; dñepliis tenebris  
**CHORVS ANGELORVM**

*Canticum Secundum.*

**O**Celi Rosa  
Tam Speciosa  
Quam Deus amat  
Mutus conclamat  
Virgo Maria.  
Lilium Horti  
Et stella porti,  
Aurora nitens,  
Arca committens,  
Foederis pactum.  
Latitia poli,  
Nescia dolis,  
Secta dñe p̄tutoris  
Dilecta Amantis

Filia

Filia Tonantis, D  
Et verbi mater.  
Clarior luce,  
Quæ Deo Duce  
Mundum viciſti,  
Et confregisti  
Temporis vires.  
Ecce concedunt,  
Ecce recedunt  
Iura mortalia,  
Iura celestia  
Almæ virtuti.  
Non tibi latæ,  
Non tibi datæ  
Leges mortalium;  
Iure celestium  
Vincis honores.  
Demones gemant,  
Tartara fremant;  
Vires viciſti,  
Pessimdedisti  
Inimicorum.

Dē-

Demon.

Soliuerbium Quartum.

**E**T tenebrosa cadent hominum superata vigore  
Regna? Deine satis non iam pessundata iussu?  
Urgeat ut quid enim tenebrosum numen inertes  
Atque peragratum toties cur sepiat orbem  
Insidijs frustra positis, frustra arte parata?  
Astra meis Regnis nimium contraria mortis  
Conditione trahunt, quam iam dignata Tonantis  
Matrem supremo voluerunt axe colendam.  
Debuit hancne igitur prolemque orare supremus  
Angelus, atque humili submittere semet honori?  
Debuit imbellis mulier sibi sumere laudem  
Supremam, & summis præcedere mentibus axe?  
Huic ego subnixus rationi ascendere tentans  
Ultrad confines, Aquilonis sede petita,  
Decreui, & volui dignos mihi, sumere honores;  
Hinc super Astra volans magna comitante caterua  
Alituum; oh dixi, quis debita regna negabit  
Angelicis meritis? cœlestia lumina adorent  
Num fragilem carnem? fugite, & damnate Tonatis  
Mandatum digni qui astrorum regna regatis.  
Tunc mihi (fabor enim) cōspretam numinis iram

Vin-

Vindicis experto loca foeta furente rigore  
Incoluisse datur, torquent vbi sulphur, & ignes,  
Sed magis heu decus hoc, quo cœlis Virgo triūphet.  
Non tamen incassum vires, non fortia quæque  
Imperium nostrum, nostrum ditantia Regnum,  
Nec mea ab astris si cecidi deuicta ruit mens.  
Ascendam super astra Tonans, & bella ciebo  
Aethereis solus, descendens lumine Cœlo  
Non ponenda meis fellis, ego clarior omni  
Luce superflua dominabor lucifer, antro  
Compellam obscuro elatus quicunque resistet  
Viribus; hinc solidum firmabitur Aethere Regnū.  
Arma ciete igitur, resonet tenebrosa cauernis  
Buccina, ad arma voco, arma volo, quæ longa  
triumphum  
Tempora perducunt? clangorem mittite dudum.

Canticum Tertium.

**A**D arma canite  
Resonent strepitus,  
Virginem cœlitus cœlum  
Pellite pellite.

Ascen-

**A**scendam sydera  
Primus cœlestium,  
Nulli terrestrium  
Erunt iam prospera.

**A**d arma &c.  
Ergone incedere  
Reginam superum  
Feram mortalium  
Quemquam concendere.

**A**d arma &c.  
Cedite cedite

Loco celicolæ,  
Nos sumus incolæ  
Scendite scendite.

**A**d arma &c.  
**D**iuerbium Secundum.

**A**ngelus. **D**amon.

**A**n. **S**i tua cofregit tenebrosū cornu monstrum  
Christus dum periret, regnare Tonante  
Virgo tuam pariter ceruicem conteret, vt mors  
Mutata in vitam est.

**A**men.

**C**

**H**is

**H**is igitur vincitus nodis ea tartara poscas,  
Quæ tibi digna domus;  
Hinc abeas, superi nec posthac lumina solis  
Fas spectare tibi.  
**D**am. Sic abeo vincitus mortali Virgine victus;  
Virgo potens nimium.

**A**ng. Interea accuro sublatam vbi sydere matrem

Expectat Verbum;

Cingit vbi sertis super omnes tempora Sponsæ

Aeternus sponsus;

Atque vbi dextra potes decoratur munere sceptri,

Omnipotentis opus.

Deuinctum tempus, cedit mors, irrituit antris

Sulphureis Dæmon.

Virgineæ Matri haud humilis sit gloria tantos

Deuicisse hostes.

Regnabit supere; de cùs hoc cantate vicissim

Aetherei Ciues.

**D**ilectus oculus.

**E**t nunc leuigari.



**CHO.**

**C** 2

CHORVS ANGELORVM.

Canticum Quartum.

A Viota roseis  
Quæ scandit gradibus  
Ornata floribus  
Engadi vineis  
Ab humo trahitur  
Rex en superius  
Exultans conuocat,  
Ad mensam prouocat;  
Ut botrus cyprius  
Dilectus Virginis.  
In tabernacula  
Regis adiungitur  
Regina colitur  
Dilectus oscula  
Ei mille porrigit.



CHO-

C

Pro

Pro Gratiarum Actione.

Q Væ summas nequijt dotes celebrare Camena  
Aut dignè laudes pangere Virgineas,  
Purpureo hæc eadem faciem perfusa colore  
Vt grates referat promere verba nequit,  
Hoc tamen, æterni meruit quæ sponsa vocari  
Spiritus, exorat, debita tanta leuet.



E L O G I V M.

Quod insculptum erat tumulo Virginis.



VIA-

# VIA TOR

Tantisper siste gradum, donec perlegas quid indicet  
hæc marmoris urna.

Sepulcrum hoc est;

Nenias retine, Luctus compesce  
admiratus.

Hoc veluti rogo Phœnix vñica in castitate,

In humilitate sola,

In qualibet virtute Phœnix,

Cineres suos cōposuit, vt ad vitā exfuscataretur æternā.

Adores locum;

Sanctus est, nam omnium gratiarum fonte inundatus,  
Colendus; nam matrē eius, quē celi nō capiunt, cōtinuit;  
Admirādus, nā in admiratione sui Maria Angelos reti-

In plenitudine gratiæ, (nuit

In humilitate profunda,

Quasi Aurora

Auium ora cœlestium in suā laudem adaperiens.

Exfuscatata est, nam dormuit;

Neque mortem perpeti potuit quę veram vitā ediderat.

Viuit ergo, æterneq; viuet;

Requiescit enim sub vmbra eius, quem desiderauerat

Aeterni sponsi.

Lugent inferni capita

Calcaneo Virginis nequidq; infidijs adpetito pessūdata

Deflebat mundus defunctam;

Ridet Vniuersus gloriösè à mortuis reuocatam.

Exul-

-AIV

Exultate;

Nam & exultant accolæ cœlestes triumphantem Reginā;

Exultat Trinitas

In filia dilectionem,

In matre Virginitatem,

In sponsa pulchritudinem.

Exultant

Clerici Eccl. Metrop. Bonon.

Tantam in celis patronam,

Tantam matrem;

Cui

Obsequij ergo debiti hoc saxum

PP.

Anno M. D C. XLV.



Exultate

Nam exultate sacerdotes celestes in iustis puerorum Regibus

Exulta Letitia

In gratia dilectionem

In misericordiam

In laudes beatitudinem

Exultate

Clerici Ecclesiastici Bonorum.

Tantum in cœlis beatissimum

Tantum mortalem?

Cui

O'Peregrini ergo deponi possumus

PB.

Anno M. DC. XLV.



Catania

Ridet

106655



